

LETTRE DE SA SAINTETE LEON XIII**Aux Evêques du Canada****LEO PP. XIII****Venerabiles Fratres,****Salutem et Apostolicam Benedictionem.**

Allatum est Nobis sacrorum Antistites Canadensis Regionis, collatis liberaliter pecuniis, stabiles aedes in urbe Octaviensi Delegato Nostro copioso sumptu comparasse, ubi ille, tamquam in proprio Domicilio, pro sua dignitate, resideret. Haud equidem Nos latebat quo studio atque observantia egregii isti Praesules Apostolicam hanc Sedem prosequerentur; verum caeteris, quas hac de re accepimus, pluribus praeclarisque significacionibus novum nunc, illudque Nobis incundissimum, testimonium accedit. Hanc autem animorum cum Apostolica Cathedra coniunctionem eo libentius commendamus, quod ut ea Nobis in tam trepidis undequaque rebus solatio est, ita ab ea maxime rei catholicae pendent vigor atque incrementa. Quapropter gratos animi Nostri sensus illis omnibus testatos volumus, qui ad stabiles aedes Delegato Nostro in Canadensi regione, honoris causa, constituendas operam contulerunt; cuius in eum obsequii participes etiam accepimus meritissimos Patres